



Constitviones Societatis Iesv

Ignacio <de Loyola>

Romae, 1570

Qvomodo Se Gerat Societas cum ijs, qui sua sponte recederent, vel quos
ipsa dimitteret. Cap. IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68489](#)

CVM DECL A C. IIII. 37
QVOMODO SE GE- IN CAPVT
rat Societas cum ijs, qui sua IIII.

sponte recederent, vel
quos ipsa dimit-
teret.

Cap. IIII.

- 1 **Q** VI dimittuntur, vel iniuf-
si discedūt, si ad alium lo-
cum Societatis se conserant,
A * videntur nobis in Domino ad-
mittendi non esse, nisi prius qui
dimisit, vel qui loco præst, vn-
de discessit, vel Præpositus Gene-
ralis, aut qui eius vices gerit,
admonitus suū præstiterit assen-
sum; ne defectus cognitionis re-
rum, aut personarum alicuius
erroris in Dei offendam causa sit.

- 2 Communicationem autem fa-
culturum, aut gratiarum, quæ
ijs vt Societatis membris con-
cessæ fuerant, simul atque mem-
bra esse desierint, constat cessare.

Declaretur

vt consideret, an tanquam hospes sit admittendus, vel
non; donec responsum accipiat à Superiore, cuius vo-
luntatem exequi debet.

QVOMODO
se habeat Socie-
tas cum ijs, qui
sponte recedunt,
vel ab ea dimit-
tuntur.

A § **Q** Vam-
uis in
genere dicatur,
eū qui sponte sua,
vel dimissus recef-
sit, in aliam do-
mū admitti, nīse
cōsulto prius Præ-
posito, in cuius
domo vel Collegio
fuit, & eius expe-
ctato responso, nō
debere: nihilomi-
nus tamen pruden-
tiæ Præpositi do-
mus, ad quam re-
dijt, relinquetur;

C iij B § Qui

Declaretur ijs, qui dimituntur, quòd absoluti
maneant à votis simplicibus, si ea iuxta formulam
Societati consuetam (quæ in quinta Parte videbi-
tur) emiserint; quodque nulla alia dispensatione
indigeant.

Ad eos reducendos, qui sine licentia recederent,
si prius parum idonei ad Societatem habebantur,
nulla diligentia opus erit; sed potius dirigantur ad
aliud institutum, vbi Deo seruire possint, relaxato
illis voto, vt omnes scrupuli eis eximantur.

Si huiusmodi essent, vt Deo gratum fore videre
tur eos non sic relinquere, præcipue, si ex aliqua
vehementi tentatione, aut ab alijs decepti egressi
videantur, *diligētia adhiberi ad

B ¶ *Qui à Socie-
tate discedunt,
quamvis ad eam
idonei videantur,
si aliam religionē
ingressi, & eius-
dem habitu indui-
fuerint: nec liti-
gandū esse Socie-
tati, nec procurandum videtur, vt eos reducat. Si ha-
bitum religionis non induissent, poterit ea diligentia ad-
hiberi, quam ordinata & prudens charitas dictauerit,*
ad eos reducendos ad illum locum, vbi in Domino iudica-
tur, quod Deo seruent.

C ¶ *Quod ad satisfactionem attinet eorum, qui sponte
sua*

Etione aliqua opus sit, & quanta, an melius censeat, omnino in spiritu mansuetudinis procedere; qua in re & eius, qui reductus est, bonum, & ædificatio domesticorum spectanda est.

- 6 Siquis sponte sua ad Collegium, vel domum, vnde sine facultate recesserat, rediret, & alio qui idoneus ad Deo seruiendum in ea iudicaretur; considerandū erit, * an veram perseverandi voluntatem afferat, & an sit paratus ad quamvis satisfactionem & probationem: quod si secus esset, ut qui veræ pœnitentia signa non ostendit, admitti non merebitur.

- 7 Si, qui sicut meritò dimissus, ad eādem domum, vnde dimissus est, rediret, ad quamvis satisfactionē paratus; Si adhuc eādem

sua redeunt, & admittuntur, vel qui reducti redeunt; cùm eius satis factionis scopus sit aliorum ædificatio, & eiusdem, qui redyt, profectus; ex circumstantijs personarum, temporis, & locorum, num fieri debat, nec ne, et si fieri debet, quanta ea futura sit, iudicabitur: & hæc omnia prudenter Superioris, in cuius domū vel Collegium ingreditur, committi oportet.

D ¶ Cùm de illo rum, qui sponte sua redeunt, constantia dubitaretur; in aliquo xenodochio, vel alijs probationibus possent constiui; ubi pauperibus Christi ex ipsius amore aliquandiu inferuiendo, suæ stabilitatis & constantiae specimen praeleant; quod & ad expurgandam præteritæ leuitatis cul tam pars quedam satisfactionis esset.

C iiiij rationes

rationes, propter quas fuit dimissus, manerent; perspicuum est, non esse admittendum: Si non manerent, & qui dimisit, iudicaret Deo gratum fore, ut denuo reciperetur in eandem, uel aliam domū; admoneat Generalem, uel Prouincialem Præpositū; & quod ab eo præscriptum fuerit, exequatur.

Siue recesserit sponte sua, siue dimissus qui redit; si admittitur, denuo examinari debet, & generalem confessionem facere ipso in ingressu ab ultima, quam fecit, inchoando; & alijs probationibus & experimentis exercebitur: prout Superiori, habita semper ratione ædificationis uniuersalis & particularis, ad gloriam Dei uidebitur.

TER TIA PARS,